



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Quomodo intelligendum sit, Date & dabitur vobis, cap. 70

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

expensas, modò cōtrahe manum, ne fortè paupertate incurras. Mira res, mox vt hospitibus stipēdia consueta negauit, & Dominus illi manum subtraxit; non enim in domo illa frater dabitur, habitare poterat, de qua germanus eius Date, expulsus erat. Eadē ad se reuersa, cum se egere conspiceret, de omissione penitentiam egit; & priora resumens opera, iterum ditari cœpit.

## CAPVT LXX.

## APOLLONIVS.

*Mat. 13.* **N**osse vellem, quomodo intelligendum sit quod Christus ait: Omni habenti dabitur: ei autem qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. **CÆSARIUS**: Ei qui habet gratiam hospitalitatis, & charitatiuē, bonoque animo, & hilari vultu hospites suscipit, atque libetèr pauperes introducit, Domino procurante dabitur ei in præsentitantum, & nonnunquā, vt suprā dictum est, centuplum, & abundabit, & in futuro vita æterna. Qui autem gratiam hospitalitatis & eleemosynę nō habet, ita vt inuitus pauperes, hospitesque videat & recipiat, atque cum malo animo & murmure hoc ipsum, quod negare non potest, impendat, huic iusto Dei iudicio hoc ipsum quod habet in substantia tēporali, vel in seipso deficit, vel ab alijs rapitur atque distrahitur, nec fidelium eleemosynis augetur. **APOLLONIVS**: Satis placet expositio ista, & hoc propter exempla præcedentia. **CÆSARIUS**: Frequenter cōtigit, vt claustrales propter Christum largi locupletentur, & contra ipsius mandatum tenaces depauperentur. De utroque subiungam exemplum.

## CAPVT LXXI.

**I**N Meinvelt prouincia diœcesis Treuerensis sitū est quoddam cœnobium nigri ordinis, quod Lacus dicitur, nomen habens à re, personis possessionibusque pollens, & in religione cæteris terræ nostræ cœnobijs ampliùs florēs. Ad hoc die quadā Saxo quidā hospitandi gratia diuertit, qui multū charitatiuē illic susceptus, ædificatus recessit. Non multo post, diues